

2162. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: DE LIBERTATE, CONTINGENTE,
INDIFFERENTE, DETERMINATO

Vorläufige Datierung: 1692

Überlieferung:

- 5 *L* Konzept: LH IV 4, 3a Bl. 7–8. 1 Bog. 8°. 4 S.
*E*¹ ERDMANN, *Opera Phil.*, 1840, S. 669.
*E*² GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 7, 1890, S. 108–109.
*E*³ GRUA, *Texts*, 1948, S. 277 (Teildruck).
 10 Übersetzung:
 C. ROLDÁN PANADERO, *Escritos en torno a la libertad, el azar y el destino*, Madrid 1990,
 S. 117.

bearbeitet von Gerhard Biller

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Leibniz notiert unser Stück wohl zeitlich zusammen mit einer sehr ähnlichen französischen Version N. 2161. Aufgrund des Wasserzeichens datieren wir beide Stücke auf 1692.

- 15 [Thematische Stichworte:] libertas; libertas indifferentiae; spontaneitas; determinatio; contingentia; intelligentia; ratio

[Einleitung:] —

Libertas est spontaneitas intelligentis[,] itaque quod spontaneum est in bruto vel alia
 substantia intellectus experte, id in homine vel alia substantia intelligente altius assurgit et
 20 liberum appellatur[.]

Spontaneitas est contingentia sine coactione, seu spontaneum est quod nec necessarium,
 nec coactum est.

Contingens seu Non-Necessarium est, cujus oppositum non implicat contradictionem[.]

Coactum est cujus principium est externum[.]

- 25 Indifferens cum non est major ratio cur hoc potius fiat [quam] illud. Eique opponitur
 determinatum[.]

Omnes substantiarum singularium Actiones sunt contingentes. Nam ostendi potest,
 non implicare contradictionem, ut res aliter fiant[.]

- 30 Omnes tamen actiones sunt determinatae, et nunquam indifferentes,
 quia semper datur ratio inclinans quidem, non tamen necessitans, ut sic potius quam aliter fiat.
 Nihil fit sine ratione[.]

19 intelligente | (I) alite (2) altius assurgit, et erg. | L 25 cum L ändert Hrsg. 29 actiones (I)
 singulares (2) sunt L

Den folgenden kleingedruckten Text hat Leibniz verworfen und später ersetzt.

Scholion

Qui libertatem indifferentiae postulant, rem ineptam volunt, quae ne DEO quidem competere potest; praeterquam quod libertas est perfectio quaedam, et quo magis liberi, eo magis perfecti sumus. Indifferentia autem est imperfectio, et licet nusquam omnimoda indifferentia inveniatur, quemadmodum etiam nusquam reperitur summa imperfectio. Attamen quo res sunt imperfectiores eo minus sunt per se determinatae, magisque indigent determinatione aliena[.] 5

Hinc porro intelligitur, quo magis nos ex ratione agimus, eo magis nos liberos esse, et ex nostrae naturae legibus determinari[.] 10

Libertas indifferentiae est impossibilis. Adeo ut ne in DEUM quidem cadat, nam determinatus ille est, ad optimum efficiendum. Et creaturae semper ex rationibus internis externisque determinantur.

Quo plus substantiae sunt per se determinatae et ab indifferentia remotae, eo sunt perfectiores. Cum enim semper sint determinatae, vel habent determinationem ex se ipsis, eoque sunt potentiores et perfectiores, vel determinantur aliunde, et eatenus aliis rebus servire coguntur. 15

Eo major est libertas quo magis agitur ex ratione, et eo major est servitus quo magis agitur ex animi passionibus. Nam quatenus agimus ex ratione, eo magis sequimur perfectionem nostrae naturae, quo vero magis ex passionibus agimus, eo magis servimus potentiae rerum extraneorum. 20

Scholion

Ut ergo rem in summam contrahamus: Nulla est in rebus singularibus necessitas, sed omnia sunt contingentia. Vicissim tamen nulla est in rebus indifferentia, sed omnia sunt determinata. Quatenus quid per se determinatur, eatenus spontaneum vel (si intelligens sit) liberum est; quatenus determinatur aliunde, eatenus servit seu est coactum. Hinc quo quid magis per se ab indifferentia remotum est, eo est potentius seu perfectius, minusque opus habet aliunde determinari. DEUS cum sit perfectissimus adeoque liberrimus, determinatur ex se solo. Nos vero quo magis cum ratione agimus, eo magis ex nostrae naturae perfectionibus deter-

4 volunt, (I) quae in nullam <cr> (2) quae L 6 imperfectio, (I) et si <-> (2) et L 6 nusquam (I) perfecta | (2) omnimoda *ers.* | L 10f. determinari[.] (I) Interim se (2) Libertas L 12 efficiendum. (I) Et nos aliique (2) Et (a) aliae (b) creaturae L 13f. determinantur. (I) res (2) Quo plus (a) res (b) | substantiae *ers.* | L 16 ipsis, (I) atque eatenus (2) eoque L 21 servimus (I) passioni (2) | potentiae *ers.* | L 23 contrahamus: (I) In om (2) Nulla est in rebus indifferentia absoluta, sed omnia sunt ex se vel extraneis determinata. Nulla tamen (3) Nulla L 25 eatenus *erg.* L 26 aliunde, (I) servit, seu est coactum. (2) eatenus L

minamur hoc est liberi sumus. Quod vero ipsae perfectiones nostrae alienaeque, totaque rerum natura ex Divina Voluntate creata est, libertati, spontaneitatisque rerum nil obest; imo potius ideo res liberae sunt[,] quod DEUS aliquem iis gradum perfectionis seu libertatis suae communicavit[.]

2 est, (1) non ideo libertatem (2) libertati *L*